632

et toti Communitati officiose ut iuris est publicasse recognouit.
Memorata pars Actorea suprafatam Citatam partem ad Judicium praesens
Castren Capitan Bransceri per Ministeriale Regni Generalem No
bilem Benedictum Proszenski iuridice clamatam et non comparen
in lucri suo pro toto et Regestri ordine ac admissione officii praesenti
iudicialiter Condemnauit. Et Judicium praesens Castren Capitan Bra
scense In vim eiusmodi Condemnationis lucri praetacti modo praemisso
in Contumaciam obtenti visa et Considerata Citatae clamatae et non
Comparentis Contumacia et tenoritate ac Contentis Citationis inhaerendo
sup praedicto Citato et bonis eius omnibus Lucrum taxae damno
rum per Citatos illatorum decernit sub poena banitionis prae
sentibus interpositae. Decreti praesentis rigore in praemissis mediante.

Magnuszewski Vimcrum taxae Lucrum

Super Citationem literalem Castren Capitan Bransceri tenoris talis Fran
ciscus Joannes in Klo cow Lesnowolski Bransceri Capitaneus Tibi
Nobili Simoni olim Stanislai Magnusz ea cibus bonis tuis rigore
Regio et nra Capitan authoritate qua hac in parte fungimur mandamus
ut in Judiciis rigore Constitutionum Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi
primi sub tempus motionis Generalis bellicae de securitate publica
domestica sancitae et in proxime praeteritis Comitiis Varsavien. reassumptae
feria secunda post datam praesentis Citationis proxime celebrandis primo et
peremptorie compareas ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius
delatae Nobilis Annae olim Stanislai Dziekonski relictae fratris olim Nlis
Andreae Magnusz quod te inhaerendo praefatae Constitutioni 1621 tempore
expeditionis Generalis bellicae sancitae citat in vim termini tacti
peremptorie quia tu in Contemptum legum securitatisque publicae et
tranquillitatis domesticae sub tempus modernae expeditionis bellicae
obseruandae valneca in obductione specificata (quae sibi taxat ad Trigin
ta marcas Polon) intulisti per quod in poenas eo nomine sancitas in
cidisti ad quas super te et bonis tuis omnibus decernendas Citanti Judi
cio responsurus. Datum in Curia Regia Bransceri feria secunda
In Crastino festi Visitationis Gloriosae Virginis et Mariae proxima
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo.
Cuius Citationis praeinsertae Copiam sigilli Ministerialis Regni Ge
neralis Prouidus Stanislaus Kalenayko ab uno integra ante
terminum praesentem septimana in bonis Citati propriis posuisse
et publicasse recognouit. Memorata Actrix suprascriptum Citatum.
+ in Curia Regia Bransceri +

ad Judicium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum
Profrenski iuridice clamatum et non comparentem in libro suo praetorea
regestri ordine ac admissione Judicii praesentis Judicialiter Condemnavit.
In vim autem eiusmodi Condemnationis lucri praefati modo praemisso in Con
tumatiam Citati obtenti Judicium Hoc idem Branscen Castrense visa et
considerata Citati clamati et non comparentis contumatia et temeritate iuri communi
eo in passu satisfacere ac evitatione Citationis in haerendo Super praedicto
Citato bonisque eius omnibus lucrum tax Vulneris in Oductione specificatorum
sub poena banitionis praesentibus interposita decernit Decreti praesentis Vigore.

Srednicki simile Lucrum

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus
Joannes in Clecow Lesnowolski Branscen Capitan Tibi Nobili Alberto
olim Laurentii Srednicki de Srednica parte mita haeredi de persona
bonisque tuis omnibus Vigore Regio et nostro Capitan authoritate mandamusque
Ut in Judiciis Vigore Constitutionis Anni 66 Vigesimi primi Sub tempus ex
peditionis seu motionis Generalis Bellicae de Securitate publica domesticaque
Sancitae feria Secunda post datam praesentium Citationis proxime in Curia Regia
Branscen celebrando personaliter et peremptorie compareas Ad instantiam Instigatoris
Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Mathaei olim Stanislai Srednicki
de Srednica iuris quaerere in haerendo praefatae Constitutioni sub tempus expe
ditionis seu motionis Generalis bellicae sancitae nunc vero per modum Termino
rum Quibrett reassumptae et Constitutae in proxime praeteritis Varsavien
Comitiis approbatae in vim termini tacti peremptorie citat ideo quia tu
in Contemptum legum publicarum Securitatisque et tranquillitatis publicae
domesticae eidem Actori Vulnera sub hoc tempus modernae expeditionis
in recenti Coram officio Castren Branscen monstrata (quae sibi ad
quinquaginta marcas polon taxat) intulisti per quod in poenam eo nomine
sancitam incidisti Securitatemque eo facto violasti. Citans itaque has poenas
super te a judicio nostro decerni sis ubi ad praemissa responsurus Datum
in Curia Regia Branscen feria Secunda in Crastino festi Visitationis
Gloriosae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo primo. Cuius Citationis praeinsertae Copiam Sigillatam
Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Profzenski ab una
integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Srednica Citato
ri propriis posuisse et eidem officio se publicasse recognovit Idemque
vatus Actor supra nominati Citati ad Officium praesens per
Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedicti Profzenski vide Supra.